Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sude eam et proice abs te. Ex
pedit enim tibi ut peat unum
membrum tuorum quam totum
corpus tuum mittatur in gehenam.
Dictum est autem. Quicumque di
miserit uxorem suam det illi
libellum repudii. Ego autem dico
uobis quia omnis qui dimiserit
uxorem suam excepta causa fornica
tionis facit eam mechari. Et
qui dimissam duxerit adultat.
Iterum audistis quia dictum est
antiquis. Non periurabis. Reddes
autem domino iuramenta tua.
Ego autem dico uobis non iurare
omnino. neque per celum. quia thro
nus dei est. neque per terram quia
scabellum est pedum eius. ne
que per hierosolimam. quia ciui
tas magni regis est. neque iura
beris per caput tuum. quia non po
tes unum capillum album facere
aut nigrum. Sit autem sermo
vester. est est. non non. Quod
autem hi abundantius his est. ama
lo est. Audistis quia dictum
est antiquis. Oculum pro oculo
dentem pro dente. Ego autem
dico uobis. Non resistere malo
Sed si quis percusserit te in dex
tram maxillam prebe ei et al
teram. Et ei qui uult tecum
in iudicio contendere et tu
nam tuam tollere. dimitte ei et
pallium. Et quicumque angha
uerit te mille passus vade
cum eo alia duo. Qui autem
petit a te da ei. et volenti mu
tuare a te ne auertas. Audis
tis quia dictum est antiquis
Diliges proximum tuum et odio
habebis inimicum. Ego autem dico
uobis. Diligite inimicos vos
bene facite his qui oderunt uos
et orate pro persequentibus vos
et calumpniantibus uos. ut sitis
filii patris uestri qui in celis est.
Qui solem suum oriri facit super
bonos et malos. et pluit super iu
stos et iniustos. Si enim dilexeris
eos qui uos diligunt quam mer
cedem habebitis. Nonne et publica
ni hoc faciunt. Estote uos perfecti
sicut pater uester celestis perfectus
est. Attendite ne iustitiam ues
tram faciatis coram hominibus
ut eis uideamini ab eis. Alioqui
mercedem non habebitis apud ues
trum qui in celis est. Cum ergo fa
cis elemosinam noli tuba cane
ante te sicut hypocrite faciunt
in synagogis et in uicis. ut
honorificentur ab hominibus.
Amen dico uobis. receperunt
mercedem suam. Te autem fa
ciente elemosinam nesciat si
nistra tua quid faciat dextera
tua. Vt sit elemosina tua in
abscondito. et pater tuus qui
est in abscondito. uidet. reddet
Et cum oratis. Cum
uideris
sicut hypocrite enim stes. q
amant in synagogis et in ang
ulis platearum stantes orare
ut uideantur ab hominibus